



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

218. An sie Sacerdos habuit intentionem consecrandi particulas positas in Pyxide, quæ non fuit à Sacrista, vel ab ipso postia super corporale, sed in cornu Alteris, an inquam, particulæ illæ habendæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

etas particulas consecrare voluisse: & idem nouissime
hanc sententiam docet Barthol. Gauantus in *rubricas*
Misal. tom. i. p. 3. sit. 7. n. 4. vbi sic ait. Quod hic dicitur
de ordinaria materia consecrandi in Missa, intellige
etiam quando plures particulae ponuntur super altare,
vt consecrentur, & in actuali consecratione non
recordatur illarum Sacerdos, sed eius tantum quam
in manibus habet, tunc enim omnes sunt consecra-
tae. Debent tamen esse presentes intra aram, non
extra eam, inquit Suarez, alias non estimaret illas
consecratas esse. Ita Gauantus.

2. His tamen non obstatibus, contrariam sen-
tentiam probabilem esse putat Tanner. in 3. p. D. Tho.
diss. 2. dub. 2. n. 76. qui est primus, & per se non sit
haec voluntas Ecclesiae, adeoque nec ipsius conse-
crantis, vt hostiae extra corporale consecrentur, ta-
men ex hypothesi facta, quod per inaduentiam na-
turalis, hostiae rationabiliter, & voluntate quidem
non retractata sint ad consecrationem destinatae, &
in altari quamvis alieno situ posita per accidens, &
consequenter, idque merito ac iure velle tam Ecclesiae,
quam Sacerdotem consecrantur, ut hostiae etiam
cum eiusmodi situ, quae diximus, habent, (non verò,
si omnino extra altare sint posita) consecrantur; pra-
fessio cum ordinarii alioqui, vel scandalum, vel fal-
tem perturbatio graui oriri soleat, si quādo tali casu
hostiarum propositarum consecratio non valeret.
Hec Tannerus, qui tamen postea cum formidine lo-
quitor, & suader non esse recendendum à sententia
negativa. Nota tamen obiter, quod si pyxis posita
super corporale, non aperitur tempore consecratio-
nis, sit tamen consecratio. Ita omnes Doctores.

RESOL. CCXVIII.

An si Sacerdos habuit intentionem consecrandi parti-
culas positas in Pixide, que non fuit à Sacra, vel
ab ipso posita super corporale, sed in cornu Altaris,
an inquam, particula illa habenda, sint tanquam con-
secrata?

Et aduersitatem, quod si Sacerdos, qui ante se habet duas
Hostias, putat se unicam habere, & intendat unam
consecrare, nihil determinando, utramque futuram
consecratur.

Idem est dicendum de particulis, quod est validè nota-
num ad tollendos scrupulos. Ex part. 5. tract. 1. 4. &
Mis. 2. Ref. 19.

§. 1. D E hoc casu in præxi frequentissimo ego in
3. part. tract. 6. refol. 103. adduxi aliquos Do-
ctores hoc dubium in terminis pertractantes; nunc
verò in gratiam studiosorum liber per extensum re-
ferre circa præsentem questionem verba Philippi
Gamachæi in 3. p. D. Tho. q. 7. 4. c. 4. fol. 343. vbi sic affe-
rit. Tertio occurrit difficultas, si Sacerdos, v.g. po-
suerit supra Altare tres, aut quatuor panes cum ani-
mo, & intentione consecrandi, sed per obliuionem,
& inaduentiam duo remanserint in cornu Alta-
ris, nec sunt in loco debito supra Corporale, vel
etiam illuc posuerit in loco debito, sed postea Diaconi
abstulit duos, quia cognovit non esse necessarios,
posuitque ad latus inscio Sacerdote. Causa dubitandi
est, quia ex una parte videntur isti duo panes verè
consecrati, cum Sacerdos ab initio haberet intentio-
nem, nec reuocaretur, & materia sit pars propinquæ
satis præsens, & verba generaliter prolatæ absque
restrictione, ergo, &c. E contra verò non placet aliis
haec sententia, quia etiam Sacerdos ab initio volue-
rit talen materialiam consecrare, non tamen voluit
tali in loco extra Corporale, & sacram pallam, quia

hoc non licet, sed includit aliquod peccatum, & Sa-
cerdos pius, ac probus non censetur intendere id,
quod malum est.

2. Suarez diss. 43. sect. 6. credit tales panes non
esse tunc consecratos, quia intentio necessaria ad con-
secrationem Eucharistie non est quocumque modo
intelligenda, sed solum si materia habeat præsentiam
debitam, & legitimam, quam iuxta morem Ecclesiæ
conuenienter, & sine peccato habere deberat, qui illa
non est conueniens, sed planè illicita, ut reponatur ad
latus Altaris extra sacram pallam, ergo, &c. Confir-
matur, si enim interrogatus fuisset Sacerdos ante
Missam, vtrum veller tali loco panem consecrare,
proculdubio dixisset se nolle, imo malle omnino nō
celebrare, quia id esset manifestum peccatum. Hinc
ergo apparuit nullatenus profus fuisse eius intentione.
Tertio dici nequit suppleri hunc defectum Sacerdo-
tis per intentionem Ecclesiæ, quatenus ipse voluit
quod vellet Ecclesia, non enim Ecclesia vult etiam
consecrationem hoc modo, & tali loco fieri, sed potius
potius absolute prohibet, ergo. Magis tamen placet
opposita sententia: nimurum huiusmodi panes verè
tunc consecrari. Probatur, quia etiam Sacerdos non
proposuerit tali loco consecrare, & appoluit conse-
crandum, nec mutauit, aut renouauit sententiam, fuit
quoque materia idonea, ut potè verus panis, & in
distantia sufficiens ad veram consecrationem, quia
super Altare, & verba consecrationis generaliter abs-
que villa restrictione prolatæ fuerint; & quamvis Sa-
cerdos ex hypothesi noluerit consecrare in tali loco
si animaduertisset, tamen reuera non habuit istum
nolendi actum, sed potius contraria actionem eli-
cuit, voluitque absolute consecrare, nec de villa exce-
ptione cogitauit, ergo, &c. Deinde à simili argumen-
tari possumus, quia nec pius Sacerdos veller eam ce-
lebrare, si putaret se esse in peccato mortali, sed mal-
let omnino abstineat, nec tamen id impedit, quin sit
vera consecratio ab eo facta in tali peccato, quod
tunc ignorauit, etiam post Missam fortasse recorda-
tur; quamvis enim voluerit, si sciuerit; tamen reuera
absolute voluit, quia impedimentum ignorauit.
ergo à pari, &c. Tertio non etiam obstat, quod dictu
fuit de intentione Ecclesiæ, alia enim intentione circa
substantiam Sacramenti, alia circa modum, & condi-
tiones, vel circumstantias morales, & Ecclesia prohibi-
bit quoque offerri sacrificium in loco profano sine
sacris vestibus in statu peccati, vel excommunicatio-
nis, nec tamen ista omnia simpliciter impediunt verā
Eucharistia consecrationem, si forte haereticus & im-
pius Sacerdos ex hypothesi eo modo consecrare vo-
luerit; concurrent enim omnia essentialia, ut potè
materia, forma, & Minister simul cum intentione, &
potestate characteris, ergo in præsenti questione id est
etiam dicendum. Vnde sequitur grauiter peccare Sa-
cerdotem, facta iam consecratione, si tales hostias
irreuerenter habeat, & contrectet, tanquam verum
panem, vel conuertat in profanos vñs, quia etiam si
fateamur nostram hanc sententiam non esse indubi-
tam, nihilominus valde est probabilis, sufficique
saltē ad timorem incutiendum, ut Sacerdos non se
exponat periculo sacrilegij. Neque tamen etiam con-
cludimus hostiam habendam esse tanquam certissimè
infallibiliter consecratam; res enim aliqua difficultate
non caret, sed dicimus videri consecratam; si-
mūlque in hoc dubio consilium damus vi Sacerdos
non sumat, nec distribuat seorsim talen hostiam, sed
ponat cum altera hostia, de cuius consecratione sit
certus, & ita eam manducet, aut alteri manducan-
dam prebeat. Ita Gamachæus.

3. Sed ego vbi supra cum Suarez & Nauarro,
quibus nunc addo Micerum de Sacramentis, quas 74.
art. 1.

130 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

art. 2. n. 3. absolutè docui supradictas particulas non esse consecratas; licet adduxerim pro contraria sententia Tannerum, qui tamen cum formidine loquitur. Verum modò non desinam hic adnotare Ioann. Prepositum in 3. p. D. Thom. quæst. 7. art. 2. dnb. 3. n. 19. affirmatiuam sententiam absolute tamquam probabilem docere, quia, ait ille. Sacerdos qui aduerit reponi formulam vnam, vel plures, ut eas simul cum principali consecreret, habet voluntatem consecrandi; dicens tamen prius eas decenter collocare supra Corporale, ita ut respectu illarum formularum non tantum habeat actum qui explicatur, per *volum consecrare*, & sit solùm voluntas volendi, sed haber eum, qui explicatur per *volo*, & est præsens voluntas consecrationis futurae; ex qua voluntate etiam in futurum procedit in Sacro. Nec eliditur ea voluntas ex eo, quod ex naturali inaduentia non repuleretur super Corporale huiusmodi formulam ante consecrationem. Vnde communiter excusat à peccato, eo quod inculpatè omittat formulas ante consecrationem super Corporale reponere, & verè consecrare, quia non obstante naturali inaduentia eius, quod facere debuerat, manet virtualis intentio has formulæ consecrandi. Hæc Præpositus ubi *supra*. Cuius sententiam licet ego, ut dixi, contrariam teneam, non tamen tamquam improbabilem audio dannare.

4. Advertendum est etiam hic obiter cum Præposito num. 14. Mercero loco citato, & aliis communiter, quod si Sacerdos, qui ante se haber duas hostias, putat se vnicam habere, & intendat vnam consecrare, nihil determinando, utramque futuram consecratam; idem dicendum de particulis; quod est valde notandum ad tollendos scrupulos.

RESOL. CCXIX.

Quidam Sacerdos post Offertorium reposuit Pixidem in Tabernaculo plenam particulis, & clauso Tabernaculo postea tempore consecrationis habuit attulam intentionem, d'Elas particulas consecrandi, queritur, an re vera consecrata remanerint?

Et deducitur, an Sacerdos cæsus posse consecrare Hostiam ante se positam, quam nullo sensu perciperet?

Et an panis in arca, & vnum in dolio apposita, validè consecrentur, modo existant coram Sacerdote, si ipse omnem materiam consecrabilem sibi moraliter presentem consecrare intenderet?

Et an validè consecretur à Sacerdoce Hostia, qua sit post parietem?

Et an, si in Altari ponatur Pixis argentea cum particulis regmine lineo oclusa; vel si in arca claudatur scilla panis plena, nomine erunt particula illa, vel panis materia consecrabilis?

Et an particula apposita sub Mappa Altaris, vel sub Corporali, vel Missali, valide consecrentur.

Et quid est faciendum in supradictis casibus, si contingat facti in præxi? Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 7.

Sup. hoc supra in Ref. 199. §. vlt. & infra in Ref. seq. lege §. Qui etiam.

§. I. **H**ic casus nouissimum in facti contingentia, accedit, & pro parte affirmatiuam posset quis dicere: Primi, pronomen, *hoc*, non semper significat rem aliquam realiter praesentem: nam à Dialeticis sapientum ad significandam rem, quam solo intellectu singimus praesentem: ergo ad veritatem formæ non est necessaria realis materiæ praesentia. Secundi, si materia deberet esse praesens celebranti, hoc idem esset necessarium, ut aliquo sensu percipatur: sed hoc non est verum; quia Sacerdos cæsus posset consecrare hostiam ante se positam, quam nullo sensu perciperet. Vnde Sotus, in 4. dist. 9. quæst. 1.

art. 2. testatur se vidisse Episcopum cœcum in Con- *Sup. In*
cilio Tridentino cum licentia Pontificis celebaret; *In*
Terrid in nostro calū, vt patet, nec indiget probatio- *ca*
ne, materia, non videtur satius distans à Sacerdotio, ne- *latus*
officit quod sit clausa in Tabernaculo; qui non est al- *re*
necessus, vt validè consecretur, quod tota distanza de *dist*
inter materiam, & ministrum sit oculis peritus, ita ve- *dist*
nullum corpus interiectum sit: Et ideo vnum, & *in*
panis in arca, & in dolio apposita validè consecra- *re*
rentur, modò existant coram Sacerdote, si ipse om- *in*
nem materiam consecrabilem sibi moraliter prefe- *re*
tem consecrare intenderet: Nam possunt demonstrari *in*
per particulas: Hoc est corpus meum, vel Hic est caile *in*
sanguinis mei, ergo non est necessus, vt validè con- *feretur*
secretur, quod tota distanza inter materiam consecra- *dam*
dam, & ministrum consecrare sit oculis peritus, ita ve- *dist*
ita ut nullum corpus interiectum sit. Tum quia, con- *in*
pus interiectum inter materiam consecrandam, & *in*
Ministrum consecrarent, non tollit mortalem gra- *duum*
sentiam, & propriissimum potest per illam vocem, Hoc *in*
est, vel Hic est, designari, seruata eius proprietate & *in*
significatione; Ergo. Et idem Iean. Maior in 4. fin. *in*
dist. 10. quæst. 1. afferuit, validè consecrari à Sacerdo- *te*
to, non obstante, quæ sit post parietem. *in*

2. His tamen non obstante, ego certissimo, in *casu*
casu de quo loquimur, Sacerdotem non solum illi- *in*
tè, sed etiam inualide consecrasse. Dico igitur, quod in prima *in*
materia consecrationis debet esse praesens Sacerdoti, *in*
qua verba illa: Hoc est corpus meum, Hic est caile *in*
sanguinis mei, cum non dicantur tantum nominis, *in*
sed historicè, sed etiam formaliter, & silentio, *in*
significant ex se rem aliquam praesentem. Et Chisholm *in*
ipse ea protulit circa materiam praesentem, quod *in*
etiam Ecclesia obseruat. *in*

3. Dubium est autem qualis debet esse evan- *di*
di praesentia. Nonnulli putant, materiam ita debet *in*
esse praesentem, vt verba consecrationis vel rebus *in*
vel intentionaliter ad eam pertinuant. Sed com- *in*
nam præterquam quod in nostra sententia, vobis *in*
Sacerdotis non operatur physicè conversionem pun- *tu*
quannuic sic can perferret, posset ex communis *in*
opinione, agere in materiam distantem, quam per *in*
fönum, aut per speciem illius intentionalem recte *in*
non attingeret. Dicendum ergo requiri, vi materia *in*
consecrandæ moraliter si praesens Sacerdoti. Pro- *in*
missima quippe demonstrativa Hoc, & Hic, abso- *lut*
prolata, & sine alia designatione rei demonstrata, *in*
non nisi in materiam validè propinquam, & morali- *te*
ter praesentem cadere solent: quare cum formæ con- *in*
separationis eiusmodi pronomina continant, necesse *in*
est vt materia per illas consecrandæ moraliter si *in*
praesens. Vbi obseruandum est, ad hanc praesentem *in*
morallem, duo requiri: Primi, vt materia consecra- *re*
re physicè parum distet à consecrante: Secundi, vt *in*
consecrants aliquo sensu eiusmodi materiam percipi- *at*
at, vel ratione sui, vel ratione continentis, quia *in*
alias per pronomen demonstrativum non possemus *in*
designare, aut quod sub ea latet. *in*

4. Concedo itaque, vt dixi, quod non sit necesse, *in*
vt materia ipsa in se videatur, aur videri possit, sed *in*
sufficit si videatur in re eam continentem: sed quod *in*
requiritur, vt hæc sit talis, quæ ex communis vobis *in*
destinari ad eiusmodi res contineendas: ita re *in*
visa in his circumstantiis, facilè concipiuntur quod *in*
in ea contineri. Hinc ostendendo marlopium plenum *in*
auro, sitatissimo loquendi modo, & verè dico. Hoc *in*
est aurum. Igitur continent, & contentum, quod *in*
præsentiam per modum vnius definguntur. Ex his *in*
apparet in casu nostro Sacerdotem validè particulas *in*
non consecrare, quia dum erant in Pixide, & clausæ *in*
in Tabernaculo, materia Sacramenti non erat pra- *tes*